

- privilegio, aut præscriptione, cessat quoties illius castris incola non habet pastum sufficientem pro suis pecoribus. Aliud est si ex conventione facultatem pascendi quis obtinuerit.
- 10 Ad suendum pastu communis quis incola habetur.
 - 11 Absens ex accidenti à loco domicili, in eo potitur pastus utilitate.
 - 12 Incola quis dicatur.
 - 13 Magistratus an pro incolis habentur quoad pascua, & alia communitatis commoda?
 - 14 Residens etiam dum in oppido causâ studii, negotiationis, aut similibus occupationis, nec potitur pastus & aliis commodis, nec onera publica sustinet.
 - 15 Domino habitanti in oppido proprio quantum in Hispania ex pascuis publicis assignetur juxta consuetudinem.
 - Quoad commoda, & onera publica duorum incolarum vicem gerit, ibid.
 - 16 Alind de jure servatur, cessante consuetudine.
 - 17 Milites utrum gaudent aliquo privilegio in usu pascuum communium?
 - 18 Illiberalis, seu plebeius potest obtinere jurisdictionem oppidi cum mero, & mixto imperio, nec ex hoc eximitur à contribuendo cum similibus.
 - 19 Ampliatur.
 - 20 De iuregentium, ac communi Romano-rum quisque liberè propria uititur prædio ad potest culturam deserere, ut ager ad palum deseriat, ac prohibere ne aliena pecora fundum ejus ad pascendum ingrediantur.
 - 21 Non licet ut re aliena, invito domino, eis huic incommodum nullum, imò utilitas ex usu proveniat.
 - 22 De consuetudine in Hispania licet propria pecora in alienum fundum posse fructus perceptos ad pascendum immittere, quod inter concives, etiam dominum non invito, procedit.
 - An posset dominus, cultura emissa, fundum ad pastum applicare in concivum præjudicium, ibid.
 - 23 Quid quondam premissam consuetudinem aliquibus in locis sit immutatum.
 - 24 Non prohibetur dominus, non obstante ea consuetudine, in agris propriis, in quibus serere consueverat, vineas, olivetum, vel alias arbores plantare: nec id poterit Respublica prohibere, & num. 26.
 - 25 Vbi quis habet servitutem pascendi in alieno fundo, collectis frugibus, nequici-
- bit dominus in illo arbores plantare, mutata cultura.
- 27 Novellandi facultas quando per Imperatores Romanos interduca: & quid apud nos ex lege nostra Recopilatio-
 - 28 Quid in Indianum provinciis stabilitum.
 - 29 Cuique liberum est fundi sibi variare culturam, & arbores plantare, reliquo ferendu sibi.
 - 30 Inducitur ad proxima conclusionis probationem caput Cùm in tua, de decim. & num. 31.
 - 32 Si pascua unius oppidi sint communia alteri vicino, non valeat illud in præjudicium iusti agros colere, adempta pascendi facultate? & n. 44.
 - 33 Quoties non alia ratione nisi vicinitatis ius pascendi in alieno fundo, fructibus collectis competit, licet domino novellare, ac plantare, derelicto seminandi usu. Sed non licet in Hispania agros ad pastum assignare, vulgo adhesas, ibid. & n. 41.
 - 34 Si casrum à civitate exemplum retinet, ius pascendi in agris civium, jam ablatis fructibus, cives poterunt novellare, aut alias commoditatem pastus admirare arborum plantatione; sed non facere debet, ut proxime adhortatur.
 - 35 Villa, aut vicus exemptus à jurisdictione civitatis potitur pastus, & alias commoditatis vicinitatis, que ante exemptionem obtinebat? & n. 38. & 40.
 - 36 utrum ligetur quis statutis civitatis, à cuius jurisdictione est liberatus?
 - 37 Incola castri exempti ad munera publica civitatis nec eligi potest, nec electus exercere cogitur.
 - 38 Quo onera sustineat villa, aut vicus exemptus: ex iis que ante exemptionem supportabat, remissive.
 - 41 Jus pascendi ratione vicinitatis competens tolli potest, mutata cultura, arboribusque plantatis: securi si pascua sint publica, que ad culturam reduci nequeunt in præjudicium tale ius habentium, etiam ob vicinitatem.
 - 42 Ut pascua publica redigantur ad culturam que intervenire debeant.
 - 43 Pascua communia pluribus oppidis à nullo subjici cultura possunt.
 - 45 Si in pascuis communibus unus ex sociis seminet, aut plantet, per legitimum tempus socium agensem repellat: & quid si communitas sit, qua ladi-

46 Huic

- 46 Huic competit resistitio contra præscriptionem.
- 47 De triplici differentia bonorum, que ad civitates spectant.
- 48 De præscriptione ejusmodi bonorum, & num. 49. & 50.
- 51 Si in pascuis qui quam arbores plantet, utrum interesse, seu premium fundi ex solvens liberetur.
- 52 In divisione pascuorum communium inter incolas quid judici obseruantur, cuius arbitrio committitur.
- 53 An peccet, & ad restitutionem teneatur, qui ex pascuis, ac montibus publicis aliquid usurpat.

CAPUT XXXVII.

Ad Num. 1.

- 1 Supremus Princeps, vel Domini inferiores civitatis, villæ, vel castris nullum ius obtinent in pascuis publicis, que propria sunt universitatis: ideo illis tantum Domini uti non poterunt. Greg. Lop. in l. 9. gloss. 9. ad fin. tit. 28. p. 3. Sanch. Conf. Mor. lib. 1. cap. 5. dub. 1. num. 40. 41. Avendañ. de exeq. mand. part. 1. cap. 4. num. 25. vers. ex quo dicebam, Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 59. num. 3. Oter. de pasc. cap. 9. n. 13. Valasc. de jur. emphyteut. quæst. 8. num. 40. Bobad. Politic. lib. 2. cap. 16. n. 198. Burg. de Paz in l. 3. Taur. num. 486. cum segg. qui fusè diluprat. ex n. 430. Tusch. lit. P. concl. 112. num. 4. Hermof. in l. 15. gloss. 2. num. 80 iit. 5 p. 5.
- 2 Similiter non licet, nec Regi ipsi, nec aliis Dominis oppidi pascua publica ad culturam reducere, novellare, vel alio modo usum pascendi impeditre, aut coactare. Oter. cap. 16. num. 2. & 16. Valasc. num. 43. vers. Et ex dictis, Hermof. num. 77. Sciss. decisi. 74. num. 20.
- 3 Sed si populus omnino extingueretur, urbe, aut villa deserta, tunc pascua ad communitatem spectantia Dominus cedent. Avendañ. sup. vers. Fallit tamen, Greg. Lop. in l. 26. gloss. 4. tit. 31. p. 3. Solorz. de jur. Indiae. tom. 1. lib. 1. cap. 23. num. 61. Bobad. d. cap. 16. num. 199. Hermof. num. 78.

Ibi: Tamen Dominus habens jurisdictionem.

- 4 Quoties Dominus in proprio oppido sedem habitationis constituit, pastu communis, ac exercitum commodis frue-
D. de Faria Covar. Encl.

7. num. 1.

Inde etiam provenit, ut si quis po-
pulus, vel singularis persona jus paf-
cendi

P p 2

tur, que incolis aliis conceduntur. Greg. Lop. in d. gloss. 9. Sanch. num. 47. Burg. de Paz num. 508. Avendañ. d. vers. Ex quo dicebam, Bobad. d. n. 198. Avil. in cap. 3. Prætor. num. 39. verb. Jurisdiction. ad fin. Oter. sup. cap. 6. num. 1. Molin. sup. Tusch. num. 8. Valasc. num. 42. Her-
mos. num. 80.

Poterit tamen jurisdictionis Domi-
nus, et si alibi inhabiter, propterea peco-
ra ad pascendum immittere in pascua
communicatis, si hoc ius tempore im-
memoriali quæsicerit. Sanch. n. 42. Bo-
bad. num. 201. Oter. d. cap. 6. num. 14. Paz
num. 493. Hermof. num. 84. Idem erit, si
pascua abundant, aut si dominus esset
territori. Hermof. num. 85. & 88.

Est observatu dignum discrimen quod 6
constituit Bobadilla num. 198. inter Re-
gen, & Dominos inferiores: ille enim
publico patru positur pro suis pecori-
bus in quovis ditionis oppido, ubi regi-
domum, seu palatum habet, li-
cet non commoretur: quod in Domi-
nis, qui superiores non sunt, minimè
receptum est. Adde Gregor. Lop. in d.
gloss. 9.

Licet Domino incolatus ratione plus 7
ex pastu tribui debeat, quam ex exercit
cohabitatoribus, pro indigentia & digni-
tate, Molin. d. disp. 59. num. 3. id ta-
men ita temperare oportet, ut reliquis
non admatur pastus, prout quisque indi-
guerit, & hujusmodi æqualitas ser-
vanda semper est inter omnes incolas
divites, & pauperes. Greg. Lop. in d. 1. 9.
gloss. 9. tit. 28. p. 3. alioquin oppidan
agentes audiuntur, ut reformatum ex-
cessus, d. 1. 9. partit. ubi Gregor. Lop.
gloss. 9. Oter. cap. 3. à n. 13. Sanch. Conf.
Mor. lib. 1. cap. 5. dub. 1. num. 50. Molin.
sup. Avendañ. d. cap. 4. num. 25. vers. Imò
etiam, cum segg. Bobad. num. 201. Paz
in l. 3. Tauri, num. 509. non enim licet
ijs pascendi in pascua communibus
admetere incolis, prout quisque indi-
guit.

Unde est, ut quanvis Respublica va-
leat ob commune bonum vetare, ne in-
tra certum locum, vel tempus præ-
communitatis depascantur, id procedit
modò pro incolatum necessitate pastus
pecoribus relinquatur. Molin. de just. &
jur. tract. 2. disp. 59. num. 1. Oter. de paf-
c. cap. 12. num. 1. & 3. Sanch. d. dub. 1. n. 4.
& 5. Trullench. in Decal. lib. 7. cap. 3. dub.

300 D.D. Covar. in Practicis Quæst.

cendi in alieno territorio quæsierit ex privilegio, vel præscriptione, co uti non possit, si non abundet pastus, ita ut ejusdem territorio incola nulla egestate prematur pro pecoribus pascendis. Avend. cum aliis de exec. mand. p.1. c.4. num. 27. nam jus illud concessum, aut præscriptum censetur sub conditione, si habitatoribus non deficiat quo ex pascuis eguerint. Aliud juris erit si ex conventione oppidum teneatur, de quo Hermos. sup. d. gloss. 2. num. 101.

Ibi : *Quis vero dicatur propriè incola.*

Incola quoad rem, de qua agimus, ille censetur, qui cum familia commoratur in oppido, pro vicino habitus, & onera publica sustinens, atque ita & vicinitatis jus, & actualis incolatus simul desideratur, ut pascuis communibus frui permittatur : de quo Oter. cap. 4. ex num. 19. Sanch. sup. n. 44. Aven. d. cap. 4. num. 25. Burg. de Paz. n. 388. Hermos. num. 46.

11 Est tamen omnino notandum, quod eti aliquis ex accidenti non residet in urbe, vel villa, non ideo caret usi pastus, modo ibi sedem suæ habitationis constitutam habeat animo permanendi. Cujac. in l. 3. C. de incol. lib. 10. Sanch. ubi proxime.

12 Incola propriè dicitur ille, qui latrem, majoremque fortunatum partem habet in oppido ea mente, ut in illo persistat. Tusch. lit. C. concl. 73. Cujac. lib. 1. respons. Papin. in l. Libertus 17. §. Solaratio, ad municip. & de incol. Vensembe. in paratit. ad eundem tit. num. 4. & 7. Boët. decisi. 26. à n. 9. Carleval. de judic. disp. 2. num. 81. Matienz. in l. 1. gloss. 5. num. 7. tit. 4. lib. 5. recop. Hunc tamen ut pascuorum usum participet, ex viciniis esse oportet, sicut prædictum est. num. 10.

13 Questionis est, utrum quoad jus pascendi, & alios communes ulsi inter incolas, seu vicinos numerentur Magistratus, velut Prætor, ejusque locutio, dum suis muneribus funguntur, de quo disputat latè Oter. de pasc. cap. 7. per tot. qui cum pluribus affirmativam amplectitur contra alios, quos refert, horumque sententia ex constitutione regia observatur apud Lusitanos, telle Molin de iust. & jur. trah. 2. disp. 59. num. 3. Valalc. sup. n. 43. De aliis, qui hoc iure gaudent, eti in-

cola non sint, vide Hermos. à num. 55. & num. 90.

Ibi : *Est tam encaudendum.*

Idem monet Sanch. d. dub. 1. num. 45. 14 nam eti quis studiorum, negotiationis, vel alia ex causa in civitate diu residet, propriè incola non est, nec pascuis publicis, ne calis commodis universitatis fruerit, sicut nec oneribus subditur. Cujac. in d. Solaratio.

Vers. *Est denique apud Hispaniarum.*

Viget in Hispaniis consuetudo, quam 15 Tribunalium praxis comprobavit, ut vassallorum domini, dum in propriis degerint oppidis, ex pascuis, montibus, ac nemoribus communitatis, tantum possit quisque percipere, quantum duobus incolis, quibus plus percipere licet, conceditur. Gregor. Lop. in l. 9. gloss. 9. tit. 28. p. 3. Molin. ubi proximè, Bobad. Polit. lib. 2. cap. 16. n. 200. Sanch. sup. d. dub. 1. num. 49. Avil. in cap. 3. Prætor. verb. jurisdiction, num. 39. ad fin. Valalc. de jur. emphyteut. quæst. 8. num. 43. Burg. de Paz in l. 3. Tauri, num. 508. vers. Sed licet, Tusch. lit. P. concl. 112. num. 8. Cancer. variar. part. 3. tit. 4. de servitut. num. 68. Hermos. in l. 15. gloss. 2. num. 80. tit. 5. p. 5. qua ratione & pro viciniis duobus ad onera publica contribuit, Avil. ubi nuper. Quam praxim, eti jure non nitarur, rationi satis consonam, nisi exterior incolis notabilem damnum inferatur, agnoscunt Molina, & Valalc. Pe-reyra de empt. & vend. cap. 21. num. 9.

At seclusa confuetudine, de rigore 16 juris dominus in propria civitate, aut villa inhabitans pro unico incola reputatur quoad pascua, exteraque communitatis commoda, ratione habita status, & dignitatis, absque gravi detimento subditorum, ut jam prænotavimus n. 7. Ita cum D. Covar. tenent Gregor. Lop. Molin. Valalc. ubi proximè, Sanch. n. 48. & 50. Burg. de Paz num. 506. Avend. d. cap. 4. num. 25. vers. Imò etiam, Hermos. d. num. 80. qui id judicis arbitrio relinquit.

Ibi : *Et ut videoas, Lector. candide.*

Ad hæc consulas Greg. Lop. in l. 9. 17 gloss. 9. tit. 28. p. 3. Burg. de Paz in l. 3.

Taur.

Enucleatus, & auctus. Cap. XXXVII. 301

Taur. n. 488. Oter. de pasc. cap. 4. n. 17. qui similiter Collectarii sententiam impugnant, assertentes quod milites in pascuorum communitatis usu nullo gaudent privilegio, sed tantum eis licet, quanvis incola non existant, equos ad bellum paratos in pascua publica immittere l. 1. C. de pasc. public. lib. 11. Bobad. lib. 4. cap. 2. n. 27. Azeved. in l. 6. n. 1. tit. 7. lib. 7. Recop.

Ibi : *Præsertim quod & possunt.*

18 Etiam ignobiles dominum cum jurisdictione oppidorum acquirere permittuntur, nec ideo à contributione plebeiorum se eximere valent, tametsi quoad alii instar Nobilium soleant honorari. Flor. Diaz variar. lib. 2. g. 21. n. 251. Bobad. lib. 2. cap. 16. n. 173. Avend. de exec. mand. part. 2. cap. 14. n. 31. eti alii contraria sententia, quos referunt Flor. Diaz, & Avendanus, qui ait quod in praxi horum opinio difficile admittetur.

19 Quod ita verum est, licet talis plebeius in dignitate Ducatus, aut Marchionatus constitueretur. Bobad. ibidem, Guttier. Practie. lib. 3. g. 14. n. 112. Sed illud specialiter ei indulgetur, ne contribuire temeat, sicut exteri, dum super nobilitate litigaverint. Otar. de Nobilit. part. 2. cap. 5. n. 30. Guttier. ubi proximè.

Ad Num. 2.

20 Ex jure gentium, & communi Romanorum unicuique liberum est proli. bito prædiis propriis uti, ac quod mes- sum collectioni deservedebat, pascuis destinare, quod vulgo adehesar nun- cupatur. Similiter licet domino interdicere, ne aliena pecora, etiam conci- um, fundum suum ad pascendum in- grediantur, adhuc post fructus perce- pto: quæ pluribus probat D. Covar. cui assentiuntur Molin. sup. disp. 59. num. 7. Oter. cap. 16. à n. 3. Sanch. Conf. Moral. lib. 1. cap. 5. dub. 1. num. 9. & 10. Tusch. lit. P. concl. 112. à n. 5. & concl. 113. qui observant, hanc facultatem ob commune bonum legibus, vel moribus jure dominis prædiorum adimi posse, prout apud nos adempta re- petitur, ut infestus apparebit, numero 22.

Nonnullis in locis statutum habe- 23 tur, ut collectis frugibus, intra cer- tum diem dominus prædiis duntaxat immitat pecora sua, ut depascantur: quod nulli alii pro tunc licet. Oter. num. 4.

Ad Num. 3. Ibi: *Tamen quod possit quis me invito.*

Falsum omnino videtur, ut domino renuente, aliquis possit re aliena uti, eti nullum ex usu ipsi prejudicium gerere. Si ingredi non licet venatio- nis gratia fundum alienum, si dominus prohibeat, l. Divus 16. de seruit. rufis. pred. l. Injuriarum 15. §. fin. de injur. §. Fere, Inst. de rer. divisi. Imò licet usus in utilitatem domini cederet, idem ju- ris erit. Castill. de usufruct. cap. 33. à num. 12. Oter. de pasc. cap. 16. n. 19. non enim invito beneficium confertur, l. Hoc iure 19. §. Non potest, de donat. l. Invito 69. de reg. jur. & libera domini facul- tas ad dilponendum coactatur, qui in re propria est moderator & arbitrus, l. in re mandata 21. C. mandat.

Vers. *Quicquid sit ius e communi.*

In Hispania adversus præmissa su- præ, n. 20. obseruantur, ut incolis ejusdem oppidi licet sua pecora ad pascen- dum in prædiis privatarum introdu- cere, frugibus jam collectis, etiam in- vito domino, l. 13. 14. tit. 7. lib. 7. Recop. Azeved. in ead. l. 13. n. 5. Oter. de pasc. cap. 16. ex n. 3. Avend. de exec. mand. part. 1. cap. 4. n. 32. vers. Item nota, quod facillime, Sanch. sup. d. cap. 5. dub. 1. n. 11. Molin. d. disp. 59. num. 9. Bobad. lib. 2. cap. 16. n. 194. ubi docuit, quod nec do- minus territorii, nec Rex poterit hoc jus concivibus adimere, nec agrorum culturam immutare, facta dehefa, in illorum prejudicium, sine causa. Hermos. in l. 15. gloss. 2. n. 76. tit. 5. p. 5. Et quanquam in l. 13. Recop. infinitur, quod fieri possit ex regia facultate, hæc cum difficultate, ac maxima delibera- tione conceditur. Azeved. ibi, num. 3. qui subdit, ex totius communitatis as- sensu non posse, cultura derelicta, pas- cua fundum applicare, quod consenti- entibus, eorumque hereditibus tan- tum nocebit, non futuris incolis ab il- lis causam non habentibus, nisi Re- gia facultas impetraretur. Hermos. num- ro 52.

Ad Num. 4.

²⁴ Quanvis domino sit interdictum agrum frugiferum ad pascua reducere , poterit tamen in illo , immutata cultura , novellare , aut plantare olivera , aliaque arbores pro libito , rametis ex hoc usus pascendi concivibus auferatur. Molin. ubi proximè , Oter. n.11. Sanch. num. 12. Vide infra , num.41.

Ibi : *Hoc enim est , quod ele- ganter.*

²⁵ Prefata facultas variandæ culturæ in præjudicium juris pascendi , non trahitur fundi domino , si qui habuerit servitutem pascendi , frugibus amotis ; nam minimè licebit arbores plantare , vel vites cum detimento habentis ser- vitutem. Sanch. Conf. Moral. lib. 1. cap. 5. dub. 1. num.16. Oter. d. cap. 16. num.11. Ex contrario qui servitutem pascendi certo habet in loco , non poterit , domino in- vito , ibi sere , vites , aut oliveta plan- tare , ut pro pastu fructus percipiat , et si ex hoc domini conditio melior fiat. Oter. sup. n.18. & 19.

Vers. *Sic denique.*

²⁶ Respublica prohibere non valet , ne cives oliveta , vel vineas plantent , ubi sere confuerant. Sanch. sup. n.12.

Ibi : *Vidi tamen semel.*

Hujus prohibitionis meminit Sanch. num.15.

Ibi : *Sic olim Domitianus.*

²⁷ Domitianus imperium est adeptus ad annos 83. à Christi Domini nativitate. Edicto de quo hic fit mentio , præcepit ne deinceps in Italia aliquis novellaret : & in provinciis hoc amplius statuit , quod dimidia pars vitium extin- gueretur. Id decretum , et si non exactè observatum , viguit usque ad Aurelium Probum , qui anno 278. cepit impera- re : hic Domitianus prohibitionem prorsus delevit. Domitanæ constitutionis duplex ratio redditur : tum quia ebrie- tas solebat ad tumultum æstuantes animos excitare : tum quoniam præ mul- titudine vinearum agitorum cultura quoad alias fructus spernebatur , pastus-

que armentis , ac gregibus deficiebat. Ex hac causa apud nos novissimè inter- dicta reperitur vitium plantatio , nisi ex regia concessione , l.27. in fin. tit.7. lib.7. Recop. D. Solorzan. ubi inferius , Tusch. lib. P. cond. III. in fin. Theat. vite hum. lit. V. verb. Vitis , vers. Odium.

In nostro novo Indiarum orbe ab ini- tio regalibus rescriptis novellare veter- batur , ut propter vini indigentiam cum Hispania commercium magis frequens existeret. Deinde tempore elapsi , inconsolidi regni Peruani novellare permisum est , quod hodie vineis satis abundat. In his verò , ac nova Hispania provinciis eadem prohibitiō inviolata perficit. Hec latè prosequitur D. Solorz. de Jur. Indian. tom.2. lib.1. cap.7. à num.41. & Politic. Indian. lib.2. cap.9.

Ad Num. 5.

Nullus prohibetur prædiū sui mutare ²⁹ culturam , & ubi sere confuerat , vi- tes , oliveta , vel alias arbores ad libitum plantare potest. Oter. d. cap. 16. n.11. & alii laudati num.24.

Idem Oterus num. 13. nostrum Präsi- dem carpit , dum ad proximæ conclu- sionis probationem inducit textum in cap. Cùm in tuo 30. de decim. qui quidem , ut ille existimat , nequaquam ad questionem , de qua agitur , conducit : quod ita verum est , si solum perpendiculariter Pontificia decisio , quâ decernitur , ut licet dominus fundi ex illo , mutata culturâ , diversos fructus colligat , ex istis tenetur decimas solvere illis , qui bus ex aliis antea debebantur.

Ex quo decreto infertur , quod cui- que licet proprium agrum pro libito colere , nec teneri in eodem cultura ge- nere perseverare , quanvis jus aliquod in fructibus alter habuerit , et si per mu- tationem culturæ huic noceatur ; quia qui serebat frumentum , poterit novel- lare , licet Ecclesia ubiores decimas perciperet ex segeribus , quâ ex vin- demia : quod aperè ex textu deducitur , cùm Pontifex jubeat , ut de novis fructi- bus decimæ persolvantur , cujuscumque sint qualitatib.

Igitur non abs re D. Covar. id de- cretum adducit , ut probet licere domino prædiū immutare culturam , etiam in con- civium præjudicium.

Ibi :

Enucleatus , & auctus. Cap. XXXVII. 303

Ibi : *Imò defendendus est.*

Addo Marescot. variar. lib. 1. cap. II. num.32.

Ad Num. 6.

³² Si duobus oppidis quoad jurisdictionem distinctis communia sint pascua , nequibit illud in cuius sunt territorio prætauti deservientia colere in de- trimentum alterius : quod verum est quando jure servitutis , ex pacto , sententia , præscriptione , aut alio titulo oppidanī possunt in alieno territorio pecora pascere ; non sic ubi ullo obli- gationis vinculo interveniente , ob so- lam vicinitatem alienis incolis pastus conceditur ; tunc siquidem licebit oppido agrorum domino novellare , aut aliis illos colere , pascendi vicinitate facultate sublata. Sed si ambigatur quo jure , aut ratione vicini oppidi incolæ pascuis uterentur , cultura impeditur illorum. Oter. de pasc. cap. 16. n. 14. Morl. Empor. Jur. tit. de servitio. q. 4. n. 28. vers. Il- lud tamen , Avend. de exeq. mand. part. I. cap. 4. n.22. vers. Et semel , Hernoi. d. gloss. 2. n. 98.

Vers. *Primus equidem casus.*

Cùm incolæ vicini oppidi propter pascuorum communionem possunt sua pecora pascere in prædiis alieni terri- torii post messum collectionem , non prohibentur illorum domini innovata cultura , per vitium , vel olivetorum plantationem hunc pastus usum tollere. Sanch. Conf. Moral. lib. 1. cap. 5. dub. 1. n.13. defensas tamen , seu dehesas face- re nequibunt in Hispania ex traditis sup. n.22.

Ad Num. 7.

³⁴ Si castrum , aut villa quoad jurisdictionem eximatur , retenta pascuorum civitatis participatione , licebit civi- bus , relicta consueta frugum cultura in prædiis propriis novellare , aut aliter per plantationem arborum vicaneis usum pastus impidere , quo segeribus collectis potiebantur. Sequitur Sanch. sup. n.46. quod limitatur ut in proxima conclusione.

Vers. *Hac verò conclusio.*

Vicus exemptus à civitatis jurisdi- ³⁵ ctione non privatur jure pascendi , & aliis usibus , qui illi ante exemptionem competebant Bobad. Polit. lib. 5. cap. 10. n.19. Oter. de pasc. cap. 10. n. 16. de quo infra , n.38.

Ibi : *Non tamen quoad statuta civitatis.*

Vicus à jurisdictione civitatis libe- ³⁶ ratus non ligatur illius statutis , quod verum de futuris post exemptionem conditis ; nam ad præteriorum observationem sicut antea teneatur. Oter. n.17. Azeved. in l.14.n.9 in fin. tit.6.lib.3. Recop. Bobad. ubi proximè. Quod si vil- la exempta statuta faciat , ut potest , contra pristinis civitatis statutis , illa , non hæc incolæ exempti observare compel- luntur. Bobad. n.18.

Vers. *Sed & Paulus Castrensis.*

Vicius villa , vel castrum exempti , nec ³⁷ admittitur , nec electus potest compelli ad munera , aut officia civitatis. Oter. sup. cap. 16. n.24.

Vers. *Primum enim.*

Si Princeps motu proprio villam , aut ³⁸ castrum à jurisdictione civitatis ex- emerit , non privatur oppidum jure pascendi , aut aliis , quæ unitum obti- nebat. Idemque dicendum quanquam ad preces incolarum exemptionem con- cesserit , ut D. Covar. docet infra , vers. Secundo major est dubitatio : atque ita indistinctè tenent Bobad. d. cap.10. n.29. Oter. sup. n.16. cum seqq.

Vers. *Nec huic opinioni quicquam.*

Objectioni isti aliter satisfacit Oter. num.24. Quæ onera sustinet villa , aut castrum post exemptionem , ex illis quæ antea portare cogebatur , tradit Bobad. d. cap.10. n.3. & 29.

Vers. *Secunda major est dubitatio.*

De his prædictis supra , num. 38. ⁴⁰ Ideo hoc casu major se offert dubitan- di ratio , quia dum populus exemptionem

304 DD. Covar. in Practicis Quæst.

nem expostulat, & separati à civitate cui subditus desiderat, unionis commodis videtur renunciar: que quidem cœllar consideratio quoties Princeps oppidum eximit, nullis ejus precibus oblatis: ut utroque casu nihilominus idem iuris est, ut D. Cov. resolvit.

Vers. Igitur quoties.

41 Ex hucusque traditis concluditur, quod quoties jus pascendi non competit titulo servitutis, sed duntaxat propter cohabitationem, seu vicinitatem confinium oppidorum, sive unita, sive separata sint quoad jurisdictionem (quod ratione quisque permittitur in aliena prædia greges immittere, collectis frumentis, ut pascantur,) possit Dominus suos incultos agros colere, aut mutare culturam in præjudicium coabitantium, aut proximi oppidi oppidi. At si pascua sint publica, id fieri nequit, nisi eorum, quorum interest, accedit consensus. Sanch. Conf. Moral. lib. 1. cap. 5. dub. 1. num. 13 & 14. Oter. de pasc. cap. 16. num. 14. & 21.

42 Ut pascua publica ad culturam reduci possint, omnium qui jus pascendi habent, debet intervenire consensus, nec sat erit si major pars ex incolis præfert assensum, ac præterea apud nos regia facultas desideratur. Azeved. in l. 7. n. 4. tit. 7. lib. 7. Recop. Oter. d. cap. 16. num. 23. qua interveniente videtur, quod sufficiat consensus majoris partis populi, ut pascua colantur, ex traditis per Azevedum: inquit licet consensus incolarum non nocere futuri incolis ab eis causam non habentibus, ut pascuum usu careant, scriperit Oterus num. 22. id tamen non proceder quoties Regis facultas impetratur, qua & tenentibus, & infelis incolis præjudicium generatur, majori parte communitat is assidente.

Vers. Tertiò principaliter.

43 Quoties pascua publica sunt duobus, aut pluribus oppidis communia quoad proprietatem, nullum poterit in eis seminare, aut quicquam facere, per quod usus pascuus coarctetur, aut impediatur. Oter. num. 18.

Vers. Quartò est in hac.

Hæc convenient traditis supra, n. 32. Consule ibi laudatos.

Vers. Quintò, exceptis hisce.

Ubi pastus communis est, nec apparet saltem ex conjecturis, quo jure communio illa inter urbes, aut vicos sit introducta, nequibunt pascua ad culturam scindi, aut aliter pascue utilitate defraudari incole cujusque oppidi. Vide prenotata num. 32.

Ad Num. 8.

Si in prædio communi ad pastum deputato aliquis ex habitibus jus pascendi seminaverit, vel vites, oliveta, aut alia plantaverit, & per tempus legitimum in possessione talis usus persisterit, præscriptione tueri se adversus locum agentem poterit; sed ut civitati, seu oppido noceat, quadragenaria desideratur. Oter. d. cap. 16. num. 25. Azeved. in l. 3. num. 31. & in l. 9. num. 3. tit. 7. lib. 7. Recop. Bobad. Polit. lib. 3. cap. 8. num. 80. Avend. de exeg. mand. part. 1. cap. 12. num. 28.

At civitas intra quadriennium à die præscriptionis impleta restitutionis in integrum beneficio uti permittetur, l. 7. tit. 29. p. 3. ubi Greg. Lop. gloss. 7. & 8. Avend. sup. vers. Si tamen Concilium, Oter. ubi proxime.

Ibi: Nec obherit, quod eadem Regia lex.

Præmittere oportet, bona civitatis fore in triplici differentia. Quædam ad publicum usum deserviunt, ut platea, pontes, via publicæ, fontes, prata, vulgo exidos, & alia. Quædam proprietate sunt publica, sed ad utilitatem coabitantium destinata, velut pascua communia, montes, ac nemora. Alia sunt, quæ proprios civitatis vulgo dicimus; & hæc pro sumptibus reipublicæ administrati solent, & locari, sicut molendina, prata intra territorium, vulgo baldios, ædes, oliveta, ac similia. De qua distinctione agit dicta lex 7. & ibi Greg. Lop. Avend. sup. cap. 4. num. 8. & 9. Hermosil. latissime in l. 5. gloss. 2. à principio. tit. 5. p. 5.

Bona civitatis primi ordinis nullo tempore, etiam immemoriali præserbuntur, nisi titulus allegetur, qui ex temporis diuturnitate præsumitur. Gregor. Lop. in d. l. 7. per textum ibi, gloss. 1. Hermosil. num. 4. Azeved. in l. 1. num. 64. tit. 15.

Enucleatus, & auctus Cap. XXXVII. 305

tit. 15. lib. 4. Recop. Secundi ordinis bona immemorialis temporis possessione acquiri possunt, & præscribi. Avendañ. n. 9. Oter. de pasc. cap. 17. qui fuisse probat à num. 2. Bona tertii ordinis quadragesima annorum lapsu præscribuntur. Azeved. n. 65. Avend. d. cap. 4. n. 8. in fin. Gregor. Lop. in d. l. 7. gloss. 6. ubi ita expressum deciditur.

49 At D. Covar. hic sequutus Rodericus Suarez opinatur, pascua publica quadragesima anni præscribi, atque ita restringit dispositum in d. l. 7. Partite, ad bona civitatis primi ordinis, nempe quæ in usu publico sunt, ut flumina, & plateæ. Contrarium tamen tenet Gregor. Lop. in d. l. 7. gloss. 1. vers. Egomen multum dubito, cui accedunt Azeved. sup. n. 46. Avend. n. 9. Oter. d. cap. 17. qui duo immemoriale tempus defiderant.

50 Hac tamen admissa sententia, sustinerti debet resolutio tradita supra, n. 45. quæ alia ratione (omissa eâ quam D. Covar reddit,) defenditur. Aliud enim est præscribere quoad proprietatem pascuum communiat, & aliud acquirere jus aliquod, seu servitutem in eis, veluti ad colendum aut plantandum. Priori casu immemoriali omnino opus est: posteriori quadragenaria sufficit. Greg. Lop. ubi prox. Oter. n. 27. Azeved. num. 64. Avendañ. sup. part. 1. cap. 12. num. 9.

51 Quid si ante impletam præscriptionem, is qui vites, aut oliveta plantavit in agro pascuum civitatis, conventus succubuerit, an solvendo interesse, agrum retinere permittatur: de quo quoad jus commune diffusè agit Cepold. de servitu. rustic. præd. cap. de jure pascendi, n. 42. De jure nostro Regio res extra controversiam consistit, nam ager præcisè, ablatis vitibus, vel arboribus, in pristinam formam pascuum reducit debet, l. 6. tit. 7. lib. 7. Recop. Oter. de pasc. cap. 16. n. 7.

52 Cum de pascuis publicis sermo habeatur, operæ pretium videtur inquirere quomodo inter incolas pastus dividendus, an scilicet pro modo facultatum, aut prædiorum, vel pro numero armentorum, sive gregum? Quod accurate examinat Oter. cap. 22. n. 13. cum seqq. ubi recte decidit, judicis arbitrio relinquendum, ut perennis circumstantiis cum æqualitate distribuat. Idem tenet Menoch. de arbitrari. casu 245. n. 14. post alios, quos isti referunt. D. de Faria Covar. Enocl.

Sed cavendum (ut Menochius monet,) ne potentioribus plus quam pauperibus consulatur; nam frequenter illi comoda universitatis absorbent, iniqua Magistratum distributione intercedentes, qui æquitatem, ac iustitiam ob oculos habere tenentur, l. quod si Ephes. 5. §. 1. ff. de eo quod cert. loc.

An pecet, & ad restitutionem tenetur qui ex montibus, aut pascuis publicis quicquam usurpat, plenè trahiderunt jam sèpè laudati, Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 58. & 59. Sanch. Conf. Mor. lib. 1. cap. 5. dub. 1. Trullench. in Decalog. lib. 7. cap. 3. dub. 7. & alii plures, quos refert Oter. cap. 12. n. 15. apud quos disputatur, an qui solvit peccatum propter statui transgressionem, etiam teneatur ad restitutionem damni illati in pascuis, aut montibus suis communiat, in utroque foto: & quid de fo-tenibus.

S U M M A R I U M.

- Proximitas ad succendum in fideicommisso familia relicto, an considereatur ex persona testatoris, vel ultimi possessoris, qui disputerent.
- Refertur opinio docens, personam ultimi possessoris inspicendam esse.
- Limitatur sed contraria traditur opinio, n. 12. Ampliatur, n. 13. Conciliatur, n. 14. & 31.
- Prior sententia communior, ac præcepta, & in primogenitis omnino servatur.
- De feudo ad hujusmodi fideicommissum, ob similitudinem sumitur argumentum.
- In feudi successione ex cuius persona proximitas constituitur.
- Feudum quale hereditarium dicitur.
- Frates non uterini per patrem pupillo substituti equaliter succidunt.
- Si pupillo substitutur proximus de familia, an succedat proximior successor patris testatoris, vel pupilli.
- De intellectu legis. Cùm ita 33. §. In fideicommisso, delegat 2. remissività, & n. 19.
- Virum in fideicommisso familia relicto divisibili locus sit representativi?
- Refertur negativa sententia.

- 17 Resolvitur cum distinctione : & vide n. 36. & 37.
- 18 Quid si ex contracta vocetur proximus de familia, & quid in retracta, remissio.
- 20 Si pluribus nominatum relinquatur fideicommissum, omnes simul admittuntur: quod dupliciter limitatur.
- 21 Cùm controvertitur, an sit representatio nlocus in ultima voluntate, inspici debet voluntas testatoris, qua si lateat, ex conjecturis est investiganda.
- 22 Prima expenditur conjectura ad representationis exclusionem, de qua est controvergia, & n. 23.
- 24 Traditur secunda : & videas n. 29.
- 25 Adjicitur tertia.
- 26 De aliis similibus, remissive.
- 27 Succedit alius casus, ubi cessat representationis ex mente testatoris.
- 28 Non datur representationis, si quis filios, & nepotes vocaverit ad fideicommissum, diversos gradus constitutus.
- 31 Representationis quoad descendentes usque in infinitum procedit.
- 32 Ampliatur.
- 33 Utram datur representationis in filiis legi tiniatis rescripto, naturalibus, & adoptivis? remissive.
- 34 In ascendentibus nulla est representationis.
- 38 De prelatione inter patrum, & nepotem qui late differuerunt, & n. 42.
- 39 Nepos per representationem patrum excludit, ex communione.
- 40 Qui contra pro patruo tenent, recensentur.
- 41 Qui distinxerint.
- 43 Nepos cum patruo concurrens, quo iure praeferatur in successione.
- 44 Potissimum fundamentum, quod pro ne poce in patrum expenditur.
- 45 Contextus Latino idiomate legis Taurina de representatione agentis.
- 46 Interpretes ad ejus intellectum consalenti laudantur.
- 47 Duplex casus ejusdem legis proponitur circa successionem in majoratu per representationem, & n. 48.
- 49 Sancti quarti Regis intrusio adversus legem refertur.
- 50 Ampliatur Regia Constitutio, et si patruus nepote major non sit.
- 51 Ubi nepos est patruo major astate, etiam de jure communi ille præferebatur, ex omnibus ferè sententia.
- 52 Ampliatur Taurina Constitutio, licet primogeniti institutor vocaverit expressè majorum astate.

- 53 Ampliatur item, si neptis cum patruo de successione contendat.
- 54 Extenditur ad proneptem, si cum patruo magno concurrat.
- 55 In primogeniti Hispania representatio semper admittitur, nisi expressim à fundatore exclusa reperiatur.
- 56 Representatio locum habet in filio secundo, auterio genito, et si nonquam pri mun gradum successionis obtinuerint: quod exemplo declaratur.
- 57 Ampliatur.
- 58 Representationi in majoratibus Hispanis est locus, tametsi de clausulis institutio nis non appareat. Idem erit si ex contra dicto majoratus originem duixerit.
- 59 Intellectus genuinus Taurina legis.
- 60 Quoad representationem attenditur mors non possessoris majoratus intrusus, sed veri, ac legitimi successoris, qui de jure debebat possidere.
- 62 Alio clausula ejusdem Taurina legis sub sicitur.
- 63 De transversalium cognatorum diffe rentia quoad successionem majoratum.
- 64 In transversalibus respectu institutoris, & in descendentibus ab ultimo possessore, representationis usque in infinitum procedit.
- 65 Similiter in descendentibus à fundatore, qui à latere possessori junguntur.
- 66 Idem juris est in transversalibus, tam institutoris, quam ultimi possessoris, licet controvertitur.
- 68 Utrum isto casu nepos, cuius pater nunquam primum gradum successionis obtinuit, per representationem patrum excludat, & n. 69.
- 70 Generaliter in omni majoratu apud nos per representationem indistincte succeditur, nisi illa expressis verbis rejiciatur.
- 71 Subsequitur litera ultima clausula, qua prefata lege contineatur.
- 72 Ut repellatur ius representationis in primogeniti Hispanie, nulle sufficiunt conjectura, sed expressa voluntas institutoris desideratur.
- 73 Ubi constiterit de voluntate fundatoris, quod valuerit representationem removere, cessat legis regio dispositio.
- 74 Olim per manifestas presumptiones non admitebatur representatio, ex conjecturata mente fundatoris: hodie non utique, nisi expressè representationis prohibetur.
- 75 Representationis non excludebatur quoniam, et si author majoratus voca ret

- ret primogenitum, & post eum secundogenitum.
- 76 Decisio legis Cùm avus, de condit. & demonstr. extenditur ad contractus, & alios actus inter vivos.
- 77 Ad donationes causa mortis.
- 78 Ad commendas Indorum.
- 80 Ubi fundator disposuerat, ut succederet filius major superstes, ambigebatur an nepos patruo preponendus?
- 81 In feudiis an succedatur per representationem.
- 82 Quid in Hispania.
- 83 Feudum in dubio an ex pacto, & providentia, vel hereditarium presumitur.
- 84 In emphyteusi an sit locus representationis, remissive: & quid apud nos.
- 85 Quid in jure patronatus Ecclesie, & libertorum, remissive.
- Representationis regulariter locus est dan dus, ibid.
- 86 Quid in anniversariis, remissive.
- 87 In Indorum commendis succeditur per representationem inter descendentes.
- 88 In vinculis perpetuis (qua in Hispania veri sunt majoratus,) per representationem succeditur.
- 89 Quotiescumque in Hispania, feudum, emphyteusis, ius patronatus, & similia iure majoratus ita deseruntur, ut sine divisione transferantur, erit representationis locus.
- 90 In bonis per Regem donatis in majoratum iure representationis succeditur.

CAPUT XXXVIII.

Ad Num. 1.

IA NCEPS ventilanda quæstio proponitur, & frequens, quam regia ege re constitutione merito scribit Cevall. *comm. cont. commun. q. 398. num. 1.* num scilicet in successione fideicommissi familiæ relikti proximitas vocatorum sit estimanda ex persona testatoris, vel ultimi possessoris, per cuius obitum successio defertur: de qua Molin. de primogen. lib. 3. cap. 9. Simon de Praetis de interpret. ultim. volunt. lib. 3. interpret. 3. dub. 4. Amat. variar. resol. 10. Thesaur. Pedemont. decis. 64. Molin. de iust. & jur. tract. 2. disp. 62. Mantic. de conjectur. ult. volunt. lib. 8. tit. 12. Cevall. d. q. 398. Roland. à Valle cons. 100. lib. 1. Fachin. controvers. lib. 4. cap. 85. Castill. controvers. lib. 3. cap. 19. n. 140. cum aliis, Fusar. de substit. quest. 484. Peregrin. de fideicommiss. art. 20. &

D. de Faria Covar. Enucleatus.

cæteri, quos concessit Castill. numero 136.

Sententia Socini, de qua hic mentio 2, fit, tenet ex persona ultimi possessoris esse judicandum, qui sit ad succedendum proximior, quem sequuntur Gut tier. lib. 3. Practic. q. 66. n. 11. uterque Molina & Castill. ubi proxime, Valenz. concl. 97. n. 214. Matienzo. in l. 8. gloss. 3. n. 2. tit. 11. lib. 5. Recop. Barbofa collect. cap. Licit, n. 17. de vot. & alii ferè in numeri, quos congerit Amat. num. 2. ac Cevall. n. 1. atque Castill. Videas infra n. 12. 13.

Quæ opinio ab omnibus limitatur 3, primò, si ex voluntate disponentis apparet, quod sibi placuit, proximitatem ex sua persona esse considerandam, quia ipsius expresse, aut tacite dispositio ni omnino standum erit. Molin. d. cap. 9. n. 20. in fin. Amat. n. 31. Guttier. ubi proxime, Cevall. num. 6. Secundò, si proximus ultimo possessori de familiâ testatoris non existat. Molin. d. cap. 9. n. 2. Amat. n. 4. Guttier. n. 10. Paz de tenut. cap. 26. n. 23. Molin. sup. d. tract. 2. disp. 627. n. 12.

Quanquam hæc opinio Socini D. 4 Covartuvias displicuerit, à plerisque tamen amplectitur, & apud nos in practica est recepta, teste Matienzo ubi supra, ideo forsitan, quoniam per ipsum inextricabilium licet amputatur occasio, quæ in antiquis necessariò orientur, si proximitatem primo testatori investigari oportet, quod quidem per difficile, aut impossibile foret, ut re è animadvertisit Molin. d. cap. 9. n. 13. & ibi Addition. Molin. d. tract. 2. disp. 628. n. 1. vers. Hæc sententia. Et in majoratibus ita est tenendum proculdubio, etiam in transversalibus, ut noster Molin. probat d. cap. 9. & ibi Addition cum plurimis.

Ibi: *Huic opinioni suffragatur.*

Hoc argumento utuntur uterque 5 Molina, Fachin, Cevall. & alii laudati supra, n. 1. nec abs re, propter similitudinem quæ inter feudum, & hujusmodi de fideicommissum versatur. Amat. resol. 75. n. 16. & 17. Verum objectioni satisfacit Molin. d. cap. 9. n. 19. pro Socino, adversus eos qui contra ipsius sententiam argumentum de feudo retorquent, ex cap. 1. §. ult. de succession. fratre ut videtur est apud eundem Molin. num. 8.